

quos in p[raefectur]a emensu[s est], | viro clar[issimo] Filippo pr[ae]f. | praetorio² [statua]m ex aere | fusam aur[o cond]ecoratam | conlocat[ri ius-
se]runt.

Chytris in Cypro, descr. Waddington (III 214). — 1) Erasmus (cum nobilissimi vocabulo) nomen sine dubio Galli Constantii. — 2) Philippus praef. praetorio fuit a. 346 (cod. Theod. 11, 22, 1), item a. 349 (ib. 3, 13, 1. 8, 13, 1), consul ord. a. 348.

739 reparatores orbis adque urbium restitutores dd. nn. Fl. Iul. Constantius p. f. semper Aug. | et Iulianus nobilissimus ac victoriosissimus Caes.¹ | ad aeternam | divini nominis propagationem | thermas Spoletinis in praeteritum igne consumptas sua largitate restituerunt.

Spoletii (XI 4781 = Orell. 1103 vidit Bormann). — 1) A. 353/360.

740 iussu dd. nn. Constantii triumphatoris | Augusti et Iuliani nob. Caesaris | castellum diu ante a latronibus | possessum et provinciis perniciosum | Bassidius Lauricius v. c. com. et | praeses occupavit¹ ad[que] ad perpetuam [que] quietis firmitatem militum | praesidio munitum Antiochiã² | nuncupavit.

In Cilicia ad flumen Calycadnum ad vicum Tschakur dictum (III S. 6753, descr. Davis). — 1) Etiam Ammianus 19, 43 sub a. 359 narrat Lauricium adiecta comitis dignitate praepositum esse Isauriae, ut eam provinciam pacaret (monuit Nerutos). Ab eo tempore Isauriae sublato rectore civili praefuisse comitem rei militaris monuit Mo. Memoratur Lauricius dux militum per Isauriam etiam apud Socratem hist. eccl. 2, 39. — 2) De hac Antiochia praeterea nihil compertum.

741 propagatori orbis | ac Romanae rei, | [d. n. Magnentio¹ m]ax[imo] | victori ac | triumphatori semper Aug. | Fabius [Titianus v. c.]¹ cons. ord., | praef. urbi iterum, iudex | cogn. sacr.², maiestati eius | dicatissimus.

Romae rep. in thermis Titi a. 4389: servavit Celsus Cittadinus (VI 1166). In lateribus, paulo post, reiecto hoc titulo, incisi sunt tituli pertinentes ad a. 353. — 1) Nomina imperatoris et praefecti urbis, qui basem dedicavit, erasa erant praeter paucas litteras quae legi potuerunt. Imperatorem fuisse Magnentium, praefectum urbis Fabium Titianum, consulem ordinarium a. 357, praefectum urbis a. 350/1, cuius infra dabimus titulum, docuit Borghesius opp. 3 p. 464 seq. Ceterum Fabii Titiani nomen integrum relictum est in simili titulo quem dedicavit Magnentio VI 1167. — 2) Iudex cognitionum sacrarum.

742 liberatori orbis | Romani, restitutori libertatis et rei publicae, conservatori militum et provincialium, domino nostro Magnentio invicti victo¹ principi², victori | et triumphato. semper | Augusto.

Inter Ticinum et Taurinos rep., columna miliaria (V 8066 descr. Bruzza). — 1) victo delendum. — 2) principi lapis. — Miliarii similiter inscripti prodierunt et alibi in Italia superiore et in Piceno (IX 3957. 3940. 3931).

743 d. n. Magno | Magnentio | imperatori | Aug. | p. f., | b. n. r. p. n.¹ | XXXI.